



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

264. An excommunicatio incursa per Dnellumm possit absolvi à  
Regularibus, virtute suorum privilegiorum? Et an in hac  
excommunicatione, se detictum est oculum, & non deductum ad forum  
contentiosum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Resol. 122. & gatio praeiudicat privilegii Soc. Iesu concessis, nisi eadem Soc. intimata fuerit, nullum privilegium censetur reuocatum nisi eius reuocatio Soc. insinuetur.

3. Porro haec intimatio, seu insinuatio tripliciter fieri potest. 1. immediate ipsi Praeposito generali, qui per Provinciales quam curabit insinuari singulis Provinciis, & locis Societatis. 2. Episcopis, & Ordinariis locorum, qui nomine Pontificis eam insinuent Provincialibus, vel superioribus locorum eiusd. Soc. 3. si talis reuocatio publicetur in Ecclesiis Cathedr. nulla speciali intimatione facta Patrib. Soc. De prioribus duobus modis nulla est difficultas; quia quod insinuetur Generali, vel provincialium, ac locorum Superioribus, insinuari censetur ipsi Soc. quam Superiores repraesentant; unde à fortiori talis reuocatio valida erit, si intimitur vel Congregationi generali Romae coactae, vel Congregationibus provincial. in singulis provinciis congregatis. De tertio tantum modo est difficultas, an sufficiat, cum Bulla expressè dicat, eam faciendam esse ipsi Societati, quae autem in Cathedrali populo sit Societati non fit, proinde valida non est, cum non seruet formam à Bulla requisitam. Proinde cenfeo talem intimationem validam non fore.

4. Caeterum dubitari potest primò, an vna tantum intimatio Societati facta sufficiat? Verùm cum Bulla trinam expressè requiratur, per trinas distinctas literas tenorem eundem continentes, tribus simpliciter distinctis vicibus, vnam tantum sufficere haud puto.

5. Dubitatur 2. an sufficiat talem reuocationem verbo tantum per mortuum non per scriptum insinuare? Sed cum Bulla expressè requiratur ut per literas intimetur, nullo modo iudico, solo verbo factam sufficere.

6. Dubitatur 3. an possint successores, huiusmodi forma non seruata, Societatis privilegia valide reuocare? Resp. quòd possint, nulli est dubium, cum potestas successoris limitari non possit à praedecessore, cum illa immediate sit à Deo in ordine ad bonum commune animarum, in quarum emolumentum inferendum expedit, non modò priuata privilegia: sed etiam specialem formam privilegiorum reuocare. Caeterum dupliciter potest successor, tali forma non seruata, Societatis privilegia reuocare, vno modo, expressè hoc privilegium abrogando, ut non amplius in futurum necessaria sit huiusmodi trina reuocationis intimatio ad privilegia reuocanda. Secundò, exercitè per verba signata & reflexiva in ipsa reuocatione inserta, cuiusmodi essent, non obstante, quòd debeat per trinam intimationem reuocatio privilegiorum ipsi Religioni fieri.

7. Maior difficultas est, an validè possit Pontifex privilegia Societatis reuocare, non seruata huiusmodi forma, quae ex dicta Bulla Greg. XIII. in reuocatione requiritur, nec vlla de ea mentione facta. Ratio dubitandi est, quia sicut nequit praedecessor successoris potestatem limitare, ita nec illam ad certum modum operandi astringere: ex alia verò parte non censetur valida illa reuocatio, quae per externa signa non est sufficienter explicata. Etenim cum voluntas Principis non sit efficax, & ad extra operatiua, nisi sufficienter manifestata, cum hic sit modus hominum naturae accommodatus, quem debet omnis Principis potestas seruare, valida non erit illa reuocatio, quae praescriptam formam non seruat. Et ob id dicendum erit, non esse validam reuocationem, quae sufficienti aliquo signo manifestata non sit. Neque hinc sequitur praedecessorem limitare modum operandi successoris, sed hoc esse de intrinseca ratione potestatis humanae, quae ut efficaciter sit ad extra operatiua, debet externo signo sufficienter explicari, cum nequeat illa aliter ab homine intelligi. Non est autem necesse, ut reuocatio

fiat per eadem verba formalia, sed sufficit, si fiat per aequivalentia, & virtualia, ut supra explicatum est. Hucusque Pater Amicus.

8. Sed licet ego olim pro Societate, & pro mea religione ex parte hanc sententiam docerem, modò tamen illam, cum omnibus à P. Amico supra assensu, & auctoris doctis naturandam relinquo: nam stylus Curiae videtur in contrarium, & ex multis Bullis Pont. apparet, derogari privilegia Societatis sufficienter, quando de ipsa expressè mentio fit, & in Bullis supradictis etiam in fine apponitur clausula. Ac si eis personatim fuerint intimata, &c. Ideo tu cogita, nolo enim privilegia meritorum Religionis minuire.

## RESOL. CCLXIII.

An Confessores Regulares possint extra Sacramentum Penitentiae absoluerè à censura ratione suorum privilegiorum? Et an hoc etiam procedere debeat in Confessoribus secularibus, quando absolunt excommunicatum virtute Bullae Cruciatæ?

Et quid est dicendum in dispensationibus super irregularitate, voto, iuramento, & petitione debiti; an hoc extra Sacramentum Penitentiae Regulares facere possint? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 20.

Et ad literam in part. 3. tr. 4. Ref. 63. Sed hic vna tantum Ref. transcribitur.

§. 1. Negare videtur Suarez in 3. part. 20. §. disp. 7. sect. 5. n. 36. & Nat. in manuali cap. 2. n. 3. 1. Sed vterque mutauit sententiam, hic in consuetudine 1. n. 2. de privileg. ille in tr. de leg. lib. 8. cap. 6. n. 5. & 16. Ideo affirmatiuam sententiam omnino tenendam esse puto, quam docent Coninch. de Sacram. disp. 1. 4. dub. 1. n. 2. 54. Auila de censur. part. 2. cap. 7. dub. 2. 3. & alij; quod etiam procedere debet in Confessoribus, quando absolunt excommunicationem virtute Bullae Cruciatæ, ut aduersus Vasquez, Filliucium, Sanctaertum, & alios fati probauit in tract. Bullae Cruciatæ, ref. 25.

2. Notandum est etiam hic cum Layman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 10. n. 21. & aliis, hanc doctrinam multo magis locum habere in dispensationibus super irregularitate, voto, iuramento, petitione debiti, quarum facultates si Confessoribus alicuius Ordinis delegatae sunt, non rectè inde inferatur, quod eas extra Sacramentum Penitentiae exercere non possint, nam ad sacramentali absolutione nullo pacto dependent, sed de hac quaestione iterum redibit sermo.

## RESOL. CCLXIV.

An excommunicatio incurfa per Duellum possit absolui à Regularibus virtute suorum privilegiorum?

Et an in hac excommunicatione, si delictum est occultum, & non deductum ad forum contentiosum, possit Episcopus dispensare toties quoties? Ex p. 3. tract. 1. 4. & Misc. 2. Ref. 103.

§. 1. Negatiuè respondet Peregrinus tr. de duello, punct. 1. n. 4. 2. & seq. Bonacin. de cens. disp. 2. 4. 6. sic ait: Iam Clem. VIII. in suo Motu proprio reuertitur excommunicationem etiam in duellis priuatis, & decreuit virtute nullius privilegij concessi quibulvis personis cuiuscumque; status posse huius excommunicationis absolutionem concedi. Quare nullus Religiosus potest virtute suorum privilegiorum concedentium omnines casus Papae referuatos ab illa absoluerè. Ita San.

2. Verùm nouissimè Hurtadus de Mendosia in 2. 1. disp. 170. sect. 21. §. 2. 0. 1. putat Patres Societatis Iesu v. possit

posse supradictam excommunicationem absolueri, sic enim ait: Religiosi Societatis possunt in modum reos absolueri virtute suorum privilegiorum, quia Clemens VIII. in hac Bulla derogat privilegiis cuiuscumque Ordinis, aut militiae, aut status, quae clausula non comprehendit nostra privilegia, quae conceduntur cum hac clausula, ut non derogentur, nisi fiat expressè illorum mentio, ut constat ex Gregorio XIII. in Bulla, Decet Romanum Pontificem de religiosa persona, ad finem, quod videtur non animadvertisse Sanchez. At verò Clemens VIII. non adhibuit clausulam huius derogatoriam, ergo, &c. Ita Hurtadus. Sed in decreto laeae Congregationis super casibus referatis die 9. Ianuarij 1601. & eius declaratione die 26. Nouembrijs 1602. Religiosi Societatis Iesv specificè fuerunt nominati ne virtute privilegiorum absoluerent à censura duelli incurfa in terminis Concilij, & Gregorij XIII. Vnde non est admittenda sententia Hurtadi quoad Partes Societatis in Italia commorantes. Verum quia ego satis probabiliter teneo Siciliam, Corsicam, & Sardiniam esse extra Italiam, posset quis dicere Partes Societatis in his Regnis commorantes, & in alijs posse non obstante supradicto decreto vigore suorum privilegiorum absolueri à censura duelli, ut supra secundum opinionem Hurtadi. Sed quidquid sit de hoc, certum est in hac excommunicatione, si delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, & Episcopum dispensare toties quoties. Ita Doctores citati.

RESOL. CCLXV.

An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolueri ab excommunicatione contracta per duellum? Et an Confessarij Regulares degentes in Regno Sicilia non includantur in Decreto Clem. VIII. ita ut possint absolueri duellantes ab excommunicatione? Ex p. 7. tr. 1. & Misc. 2. Ref. 45.

§. 1. Affirmativè respondet Stephanus Baunius in Theol. mor. part. 2. tractat. 2. quaestio. 18. vbi sic ait: Adde quibus in locis Clement. & Gregor. diplomata vim habent, Religiosos vi suorum privilegiorum à censura ob duellum incurfa posse absolueri.

2. Primò; quia id eos Clemens non prohibet facere; nisi prae-textu privilegij alicuius sui, aut indulti, at qui eius vi, ac virtute secundi in quod est receptum soluit, id facit vi privilegij sui, & non prae-textu, vera est ergo, &c.

3. Secundò, concessa regularibus privilegia dicuntur à Paulo eius nominis V. innovata fuisse, hoc est de novo concessa; hanc enim isti voci notionem subiectam esse probati dicunt auctores, ergo vt ante, sic & modò, in Privilegiatorum est iure, excommunicationis ob duellum incurfae remissio. Ita Baunius.

4. Sed eius opinio non potest procedere quoad Regulares commorantes in Italia, nam eis vetitum fuit à Clement. VIII. vt observat doctus Dicaillus de Inst. & Iure libro secundo, tract. 1. disputatione 10. dnb. 15. numero 238. vbi ita asserit. Confessarij Ordinum Mendicantium absolueri possunt duello certantes atque etiam socios, fautores eorum pertinde atque ab alijs casibus & censuris sedi Apostolicae referatis, ex declaratione Clementis VIII. de qua testatur Paul. Comitulus, libro sexto Moralium quaestionum quaestio 17. Reginal. tomo secundo, libro vigesimo primo, numero 8; Filiucius tomo primo, tractat. 15. de Censuris in particulari, capite quinto, num. 106. Excipite tamen Confessarios, tam Regulares, quam

saeculares, in Italia extra urbem degentes, quibus à casibus sedi Apostolicae, & Ordinis locorum referatis absolueri potestas denegata est per decretum Congregationis Cardinalium ex mandato Clementis VIII. Hucusque Dicaillus, cui adde Layman in Theol. Mor libro tertio, tractat. 3. part. 3. capite 5. numero 4.

5. Notandum est tamen secundum meam sententiam Confessarios Regulares degentes in Regno Sicilia posse absolueri duellantes ab excommunicatione cum non includantur in dicto Decreto Clementis VIII. nam Sicilia est extra Italiam. Et ita in simili casu me citato docet Bordonus in consilijs regul. resol. 6. num. 13. Siciliam Sardiniam, & Corsicam non includi in decretis Pontificis laici pro Italia.

Sup. contento in hoc §. recitatur in fine Rel. lan. not. praecri. verit. verum. & infra in Rel. 273 à §. Hisupp. turs. & in alijs eius noc.

RESOL. CCLXVI.

An si excommunicatus ab homine efficiatur Religiosus, possit ab eius Praelato absolui virtute suorum privilegiorum? Et an virtute concessionis Clem. VIII. possint dicti Praelati absolueri ingredientibus Religionem ab omnibus censuris Papae referatis? Et an excommunicatus per sententiam ab aliquo Episcopo possit absolui, si domicilium muet, ab isto Episcopo? Et notatur, quod haec tamen locum non habent in eo, qui cum excommunicato communicat in crimine criminoso? Ex p. 7. tr. 1. & Misc. 2. Ref. 46.

§. 1. Affirmativè respondet Stephanus Baunius in Theol. Mor. part. 2. disput. 3. tractat. 2. quaestio. 45. vbi sic ait: An si excommunicatus ab homine Religioni det nomen, ab eius praelato absolui possit.

2. Respondeo posse, si per generalem sententiam, aut statutum dicta est in eum sententia, non autem si est appellatus de nomine, & per specialem sententiam, causaque ad forum contentiosum deducta, exclusus est de Ecclesia, nec enim Pontificem Romanum decuit, Religiosis quidpiam permittere, quod exitiale esset disciplinae Ecclesiasticae, vergetetque in dedecus, ac contemptum Ordinariorum, cuiusmodi eam potestatem esse, dixere viri doctrina iuxta, ac innocentia conspicui, eo quod viam ad audaciam munit, multisque contemnendae autoritatis publicae, ac Episcoporum, occasionem tribuit. Haec ille.

3. Mea tamen est opinio, talem si sit in Mendicantium cooptatus familiaris; ab eorum superiore absolui posse, vt à delegato summi Pontificis, cuius indulgentia, privilegioque, potestate est ad id necessaria praeditus. Ita Baunius.

4. Et ego eius sententiae adhaereo, licet illam non approbet Couarruias, & Gutierrez citati à Rodriguez in quaestionum regul. tomo primo quaestio vigesima, articulo sexto, asserentes non posse absolui nominatim Censuris ligatos in foro exteriori virtute cuiuscumque privilegij, etiamsi sit satisfactum parti, nisi prius Iudex qui tulit censuram consentiat. Verum sententiam affirmativam tuetur etiam Candidus tomo primo, disquis. 22. articulo quadragesimo octavo, d. b. 3. vbi sic ait; Virtute concessionis Clementis VIII. possunt praedicti Praelati, & communicantes in privilegijs Mendicantium absolueri ingredientibus Religionem, etiamsi fuerint nominatim & specialiter ab homine excommunicati, suspensi, vel interdicti; si prius ab eis satisfactio fiat parti laeae: quia in eo privilegio conceditur ingredientibus Religionem, quòd possint absolui ab omnibus censuris Papae referatis, quod est maius; ergo conceditur etiam id quod est minus,

Sup. pro per cessione facta